



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

De Vtraqve Specie Coenæ Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

DE VTRAQVE SPECIE COENÆ DOMINI.

NON potest dubitari, quin pium sit, & consentaneum institutioni Christi, & verbis Pauli, vti vtraq; parte in Cœna Domini. Christus enim instituit vtraq; partem, & instituit, non pro parte Ecclesiæ, sed pro tota Ecclesia. Nam non presbyteri solum, sed tota Ecclesia auctoritate Christi, nō auctoritate humana vitur Sacramento, Idq; fateri aduersarios existimamus. Iam si Christus instituit pro tota Ecclesia, cui altera species adimitur parti Ecclesiæ? Cur prohibetur vsus alterius speciei? Cur mutatur ordinatio Christi? præsertim, cū ipse vocet eam testamentum suum. Quod si hominis testamentum rescindere non licet, multo minus Christi testamentum rescindere licebit. Et Paulus inquit, se a Domino accepisse, quod tradidit Tradiderat autē vsus vtriusq; speciei, sicut clarè ostendit textus I. Cor. II. Hoc facite, inquit, primū de corpore, postea eadē verba de poculo repetit. Et deinde Probet seipsum homo, & sic de pane comedat, & ex poculo bibat, Hæc sunt verba disponentis. Et quidem præfatur, vt qui sunt vsuri cœna Domini, simul viantur. Quare constat, pro tota Ecclesia sacramentum institutum esse. Et manet mos adhuc in Ecclesijs Græcis, Et fuit quondam etiam in Latinis Ecclesijs, sicut Cyprianus & Hieronymus testatur. Sic enim inquit Hieronymus in Sophoniam: Sacerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populi eius diuidunt, &c. Idē testatur Synodus Toletana. Nec difficile fuerit, magnam acervum testimoniorū congerere. Hic nihil exaggeramus, tantū relinquitur prudenti lectori expendendum, quid sentiendū sit de diuina ordinatione. Aduersarij in confutatione non hoc agunt, vt excusent Ecclesiam, cui adempta est altera pars sacramenti,

Id decuit bonos & religiosos viros. Erat querenda
 ma ratio excusandæ Ecclesiæ, & docendarum com-
 entiarum, quibus non potest contingere nisi pars
 cramenti. Nunc ipsi defendunt, rectè prohiberi alteram
 partem, & vetant concedere vsum vtriusq; partis. Pri-
 mum fingunt, initio Ecclesiæ alicubi morem fuisse,
 vna pars tantum porrigeretur, Neq; tamen exemplum
 huius rei vetus vllum asserere possunt. Sed allegant lo-
 cos, in quibus fit mentio panis, vt apud Lucam, vi-
 scriptum est, quod discipuli agnouerunt Christum
 fractione panis. Citant & alios locos de fractione pa-
 nis. Quanquam autem non valde repugnamus, quod
 minus aliqui de sacramento accipiantur, tamen hoc
 non consequitur, vnam partem tantum datam esse,
 quia partis appellatione reliquum significatur com-
 muni consuetudine sermonis. Addunt de Laica com-
 munionem, quæ non erat vltus alterius tantum speciei
 sed vtriusq; Et si quando Sacerdotes Laica commu-
 nione vti iubentur, significatur, quod à ministerio con-
 secrationis remoti fuerint. Neq; hoc ignorant aduer-
 sarij, sed abutuntur insitijs imperitorum, qui cum au-
 diunt Laicam communionem, statim somniant mo-
 rem nostri temporis, quo datur Laicis tantum pars sa-
 cramenti. Ac videte impudentiam, Gabriel inter ce-
 teras causas recitat, cur non detur vtraque pars, qui
 fuerit discrimen inter Laicos & Presbyteros facien-
 dum. Et credibile est hanc præcipuam causam esse, cui
 defendatur prohibitio vnius partis, vt dignitas ordinis
 religione quadam fiat commendatior. Hoc est consue-
 tum humanum, vt nihil dicamus inciuilius, quod quæ-
 spectet, facile iudicari potest. Et in confutatione all-
 gant de filijs Heli, quod amisso summo sacerdotio, pe-
 dituri sint vnam partem sacerdotalem 1. Regum 2. Heli
 dicunt vsum vnius speciei significatum esse. Et addunt
 Sic ergo & nostri Laici vna parte sacerdotali, vna spe-

cie contenti esse debent, Planè ludunt aduersarij, cum ad sacramentum transferunt historiam de posteris Heli. Ibi describitur pœna Heli. Num hoc quoq; dicent, Laicos propter pœnam remoueri ab altera parte? Sacramentum institutum est, ad consolandas & erigendas territas mentes, cum credunt carnem Christi, datam pro vita mundi, cibum esse, cum credunt se coniunctos Christo, viuificari. Verùm aduersarij argumentantur, Laicos remoueri ab altera parte pœnæ causâ. Debent, inquit, esse contenti. Satis pro imperio, Cur autem debent? non est quærenda ratio, sed lex esto, quidquid dicunt Theologi, Hæc est *ἑωλοκρασία* Ecciana. Agnoscimus enim istas Thraconicas voces, quas si exagitare vellemus, non defutura nobis esset oratio. Videris enim, quanta sit impudentia, Imperat tanquam aliquis Tyrannus in tragœdijs: Quod nolint, velint, debent esse contenti. Num hæc rationes, quas citat, excusabunt hos in Iudicio Dei, qui prohibent partem sacramenti, qui sæuiunt in homines bonos, videntes integro sacramento? Si hac ratione prohibent, ut sit ordinis discrimen, hæc ipsa ratio mouere debeat, ne assentiamur aduersarijs, vel si alioqui morem cum ipsis seruaturi eramus. Alia sunt discrimina ordinis sacerdotum, & populi, sed non est obscure, quid ha beant consilij, cur hoc discrimen tantopere defendant. Nos, ne de vera dignitate ordinis detrahere videamur, de hoc callido consilio plura non dicemus.

Allegant & periculum effusionis, & similia quædam, quæ non habent tantam vim, ut ordinationem Christi mutant. Et fingamus sanè liberum esse, Vti vna parte aut ambabus, quomodo poterit prohibitio defendi? Quanquam Ecclesia non sumit sibi hanc libertatem, ut ex ordinationibus Christi, faciat res indifferentes. Nos quidem Ecclesiam excusamus, quæ hanc iniuriam perulit, cum vtraq; pars ei contingere non posset

sed autores, qui defendunt, rectè prohiberi vſu. M
 gri ſacramenti, quiq; nunc non ſolùm prohibent,
 etiam vtentes integro ſacramento excommunicant,
 vi perſequuntur, non excuſamus. Ipsi viderint, quom
 do Deo rationem ſuorum conſiliorum reddiduri ſin
 Neq; ſtatim iudicandum eſt, Eccleſiam conſtituere
 probare, quidquid Pontifices conſtituunt, præſer
 tùm Scriptura de Episcopis & paſtorib. vaticinetur
 hanc ſententiã, vt Ezechiel ait: Peribit lex à ſacerdot

DE CONIVGIO SAC CERDOTVM.

IN tanta infamia inquinati cœlibatus, audent adu
 ſarij non ſolùm defendere legem Pontificiam impi
 & falſo prætextu nominis diuini, ſed etiam hort
 Cæſarem ac Principes, ne tolerant coniugia ſacerdo
 tum ad ignominiam & infamiam Romani Imperij, S
 enim loquuntur. Quæ maior impudentia vnquam v
 in historia lecta eſt, quàm hæc eſt aduerſariorum? Ne
 argumenta, quibus vtuntur, poſtea recenſebimus. N
 hoc expendat prudens lector, quid frontis habeant
 nihili homines, qui dicunt, coniugia parere infamiam
 & ignominiam Imperio, quaſi verò Eccleſiam valde o
 net iſta publica infamia flagitioſarum ac prodigioſa
 libidinum, quæ flagrant apud iſtos S. Patres, qui Con
 ſos ſimulant, & bacchanalia viuunt. Ac plæraq; ne
 recundè quidem nominari queunt, quæ iſti ſumma
 centia faciunt. Et has ſuas libidines caſtiſſima dext
 tua, Carole Cæſar, (quem etiam vetera quædam va
 cinia appellant regem pudica facie: De te enim dictu
 apparet: Pudicus facie regnabit vbiq;) propugn
 poſtulant. Poſtulant, vt contra Ius diuinum, contra
 gentium, contra Canones conciliorum diſſipes ma
 monia, vt in homines innocentes tantùm propo